UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita X. Patientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55155

Visual Library

9. Si iuuenis, vel alius quidpiam mihi Parentum, aut Magiſtri nomine dixerit, mox iſtud peragam, non ſecus ac ſi ipſe præſens iuſsiſſet.

10. Si quid mihi faciendum imponatur, non examinabo apud me cauſas, cur hoc mihi faciendum, cur hæc mihi pœnitentia agenda, ſed ſatis erit quia Mandans vult.

MARGARITA X.

PATIENTIA.

1. OMnes corporis incommoditates vltrò ſe offerentes, vt frigus, calorem, famem, ſitim, pluuiam, &c. lubens feram, cogitans me ſic Purgatorium meum, vel Infernũ ſoluere.

2. Morbos etiam, vt dona de manu Dei acceptabo, & non multum in ijs gemã, aut querar, ſed Deo gratias agã.

3. Si quid mihi aduerſi acciderit, non ſtatim apud alios querar, ne male contentus videar, aut ab hominibus conſolationes emendicem.

4. Si quid calumniarum in me congeſtum fuerit obmuteſcam, & libens cum Chriſto feram; orabo etiam pro calumniatoribus.

5. Si

5. Si ad me, ſine culpa, verbera de- uenerint, æquo feram, & læto animo, cogitans me peccato vnico millies gra- uiora promeritum

6. Si nil dulcedinis in orationibus meis experiar, perſeuerabo tamen hi- laris; cogitans non eſſe bonum accipe- re panem filiorum Dei, & mittere ca- nibus.

7. Si contingat me ob pietatis meę exercitia, vel ob defectus aliquos, ride- ri ab alijs, libenter patiar, gaudebo, & in bono perſeuerabo.

8. Si Parentes, vel Amici, vitæ mihi neceſſaria denegarint, famelicus, & nu- dus nudum ſequar Chriſtum, cum B. Franciſco dicturus confidentius; Pater noſter, qui es in cœlis.

9 Si contingat me aliquid propter fidem pati debere, lubens id faciam: imo carceres, mortemq́ue ipſam nil curauero.

MARGARITA XI.
CHARITAS PROXIMI.

Actus.

Diligá omnes homines, quia à Deo creati